



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. Lugdunensis Praefectura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

CAPUT VI.

Regnum Arelatense, seu Burgundia Iurana.

NON est huius loci dirimere controuersiam utrum fuerit aliquando Regnum Arelatense, & quibus terminis circumscriptum sit. Methodi causa hæc verba vsurpauimus doctioribus cognita, & sic ab aliquibus adhibita ut significarem quatuor Regiones quæ Rhodano, Alpibus & mari clauduntur, de quibus agemus hoc capite. Ex sunt Lugdunensis Præfectura, Delphinatus, Prouincia, Sabaudia, de quibus breuiter, more nostro.

§. I. Lugdunensis Præfectura.

NON intelligimus hoc nomine quod in statibus dicitur, *le Gouvernement du Lionnois*, cuius ampliores sunt fines, ut mox dicemus, sed tres Regiones duntaxat, Agrum Lugdunensem, Bauuouiensem, & Forensem.

LVGDV- NENSIS AGER	{	<p>LVGDVNVM: <i>Lion</i>, hoc nomen posterius accepisse putatur à Nummis in quibus Leo signatus erat. Archiepiscopus eius se Galliarum Primatem ait, &amp; verò sic de eo Eusebius, <i>cum ceteris quibus præerat Galliarum Episcopis</i>. Castrum eius dicitur <i>Petra incisa, Pierre Ancise</i>.</p> <p>Arbrele: <i>Arbrele</i>, ad Fl. <i>Boruoniam la Bouruonne</i>.</p> <p>San-Symphorianus: <i>S. Saphorin le Chasteau</i>.</p> <p>le Lionnois. Condrium, seu Condricuium: <i>Condrieu</i>, Baronia.</p> <p>Fanum S. Columbæ: <i>S. Colombe</i>, prope Viennam.</p>
BAV- IO- VIEN- SIS	{	<p>CAMPESTRIS</p> <p>LVNNA, seu VILLA FRANCA: <i>Ville Franche</i>, ad Fl. <i>Morgonem Morgon</i>, iuridica prouinciæ sedes.</p> <p>la pleine de Beau- tolois. Bauuouium, inceptè Belliucum: <i>Beauieu</i>, antea castrum <i>Pierre Aiguë</i>, postea à iuge vulgè <i>Iou</i>, nomen traxit, ad Fluum <i>Ardiere</i>.</p> <p>Bella-villa: <i>Belle-ville</i>.</p>

AGER	MONTA- NVS, la Môtagne de Beau- jolois.	{ CHAMELETVM: <i>Chamelet</i> , ad Fl. <i>Azargue</i> , Thifium: <i>Thify</i> , cœnobium virginum præ- diues. San-Symphorianum: <i>S. Anforin</i> , burgus peramplus.
FOR- REN- SIS	SYPE- RIOR le Haut Forest.	{ FORVM SEGVSIANORVM: <i>Feurs</i> , ad Lige- rim. Sangermanus Lauallius: <i>S. Germain Lauat</i> , ad Deam Fl. <i>le Dé</i> . San-Baldomerus: <i>S. Galmier</i> , malè Thuano San-Germerius. Furanium: <i>S. Estienne de Furan</i> , ad Fl. <i>Furen- son</i> , seu <i>Cheneualet</i> , & Montem <i>S. Barbaræ</i> .
AGER	INFE- RIOR le Bas Forest.	{ RODVMNA: <i>Roanne</i> , ad Ligerim vbi pri- mum incipit lintrium esse capax. Monbriffonium, vel Mons Ariffonis, <i>Mon- briffon</i> , olim castrum Briffonis, cui vrbs accreuit ad Vesefiam Fl. <i>la Vesefe</i> . Fanum <i>S. Ramberti</i> , seu Pons, vbi primum Ligeris ponte iungitur: <i>S. Rambert</i> . <i>S. Bonnetus</i> : <i>S. Bonnet le Chastel</i> . Boënum: <i>Boën</i> , ad Fl. <i>Linionem Lignon</i> .

## §. 2. Delphinatus.

A Delphinis Principibus nomen accepisse certum est, quorum primus Comes, seu Dux Gratianopolitanus, filiam Domini Vienneensis duxit uxorem, à quo deinceps huius tractus Duces, se Delphinos appellari voluerunt. Eorum vltimus Humbertus amisso filio, Religiosam vitam cogitans, ne prouincia hæc per hæredes laceraretur, illam Ioanni Francorum Regi vendidit, eâ lege, vt primogenitus Regis deinceps lilia sui stemmatis Delphinis decussaret, quod primum præstitit Carolus V. Sapiens dictus.

NVM. I. Inferior Delphinatus, le Bas Dauphiné.

VIEN- { VIENNA: *Vienne en Dauphiné*, antiquissima ciuitas in  
quâ Pilatus exulauit ad confluentias Geræ *la Gere* in  
Rhodanum, San-